

terea rei venditæ hujusmodi pretium fabricæ Ecclesiæ applicetur.

§. XII.

Antiphona Salve Regina singulis Quadragesimæ diebus, & Sabbatis per annum in Cathedralibus cantetur.

Guadix tit. 3. constitur. 16. & Gran. tit. de celebrat. Missar. n. 16. Synodal. de Quir. const. 42. & Limen. 3. art. 3. c. 27. & Concil. Milanens. 3. verb. Religiosi.

Ex Matth. c. 27. & Luca c. 23. & constat ex Clemente P. M. lib. 5. constitur. Apostol. c. 16. ad finem, & lib. 8. c. 40. tom. 1. Cisteriorum. Concil. Mediolan. 2. tit. 2. Decreto 10. de qua oratione vs. spertina, & de Indulgentia concessa a Gregor. XIII. Vide Carolum Borromeum Archiepisc. Mediolanen. in adibus suis Ecclesiæ, tom. 2. p. 7. agit Casar Baronius in annualibus Ecclesiæ, tom. 1. fol. 221. vers. is de Anno, & Navarrus de Horis

QUIA omnes speciali devotione Gloriosissimam Virginem MARIAM universalem Patronam, & Advocatam prosequi debemus, statuitur, ac jubetur, ut in omnibus Ecclesijs Cathedralibus hujus Archiepiscopatus, & Provinciæ Antiphona *Salve Regina* cum omni solemnitate cantetur singulis Quadragesimæ diebus, usque ad Feriam tertiam majoris hebdomadæ, necnon singulis Sabbatis per annum, cui assistet ad recitandam Orationem Canonicus pro tempore Hebdomadarius, necnon Capellani, & Cantores omnes intersint; ijque cum hoc onere ad officia hujusmodi admitti debent; Episcopis vero valde commendatur, ut omni sollicitudine piam in Santissimam Virginem devotionem hujusmodi augeri procurent, omnemque adhibeant diligentiam, ut pro celebrandis Missis de Beata MARIA in Sabbatis, & pro Antiphona *Salve Regina*, ut præmissum est solemniter decantanda, aliqua sit dotatio, sive institutio.

§. XIII.

Quotidie hora tertia vespertina ter campana pulsatur in memoriam Passionis Jesu-Christi Domini nostri.

QUO vero in omnium Fidelium memoria Domini nostri, ac Redemptoris Jesu-Christi Passio semper retineatur (alijs ob hanc causam devotionibus,

bus, & laudabilibus Populi consuetudinibus minime sublati) hæc Synodus statuit, ac mandat, ut singulis diebus hora tertia pomeridiana in omnibus Cathedralibus, & Parochialibus Ecclesijs, ad effectum hujusmodi, campana per tres interpolatos ictus pulsatur, Fidelesque hæc Synodus quantum potest in Domino exhortatur, ut hoc signo audito, pro sua quicunque devotione, aliquas in memoriam Passionis Domini preces effundat. Quoties vero prædicta hora dato signo id effecerint; quadraginta dierum Indulgentiam consequantur.

Canonice t. 182. n. 43. & Fr. Antonius de Aranda in lib. (Loores del Sâto Calvario) c. 20. fol. 242. Durand. in rationali Divin. Offic. lib. 4. c. 1. n. 20. & Ioannes Stephanus Durant. lib. 3. de Ritibus Ecclesiæ Catholice c. 10. fol. 314.

TITULUS XIX.

De Immunitate Ecclesiarum, & Clericorum.

§. I.

Ecclesiarum Immunitati providetur.

SI Imperatorum, & Regum temporalium Palatia, eorumque famuli privilegij, & immunitatibus jure gaudent; quanto magis Ecclesias, & Ecclesiæ Ministros immunes esse oportet, qui æterno Deo vivo, & vero dicantur? Quare hæc Synodus decernit, ac jubet, ut nemo, cujuscumque qualitatibus existat, contra libertatem Ecclesiasticam leges condant, aut statuta decernant, nec obsideat, invadat, aut occupet Ecclesias, nec liberum earum ingressum, & egressum impediatur, nec ab Ecclesijs eos extrahant, qui eo confugerint; & hac Immunitate gaudere possunt, nec eos vinculis constringant, aut eis Custodes adhibeant in Ecclesijs, vel Cæmeterijs; nec

Xxx 2

ullo

Tx. in cap. intella de Immunitate Ecclesiar. Conc. Trid. Sess. 25. c. 20. de reformat.

Mexic. l. c. 30. Guadix titul. 4. const. 4. Milan. 1. 2. p. titul. de Ecclesijs, & earum cultu verbo

Et sub pena pecuniaria.

serint, ducentum minarum pondo mulctentur, si iterum, quatuor centum, si tertio, sex centum, ac præterea suppelectilem, & pecunias amittant, quibus negotiationes exercuerint, totumque id, quod ex contractibus prædictis provenerit, cujus tertia una pars hospitali domui Cathedralis Ecclesiæ applicetur, tertia vero pars altera Justitiæ sumptibus erogetur, alia vero Judici, & accusatori æque tribuatur. Qui vero per interpositam Personam negotiabitur, aut ad negotiandum pecunias in societatem dederit, penis pecuniarijs hoc Decreto statutis mulctabitur; hoc tamen Decreto, quæ Clericis per Canones licent, prohibita non intelligantur.

§. II.

Indorum Ministris omnis negotiatio prohibetur sub eisdem penis.

Præcipitur item sub præmissis penis, ne ullus Clericus Indorum Curam gerens, in suis regionibus per se, aut per interpositam Personam contractus redimendi pisces, aut quod venatione capitur, gossipium, sale, millium, & alia hujusmodi, quæ in terris Indorum nascuntur, ut hæc iterum vendat. Neque etiam negotiationis, seu lucri gratia Indos suæ jurisdictionis nere, aut texere, aut alias artes hujusmodi exercere faciat; quo fiet, ut Indi his molestijs non divexentur, & hi, qui Indorum Curam gerunt, liberius eorum vitia reprehendant, eosque commodius instruant.

§. III.

§ III.

Clericis reddituum locatio prohibetur.

Prohibetur itidem omnibus Sacro Ordine initiatis, ne per se, aut per interpositam Personam, in toto, aut in parte Ecclesiasticos, aut Seculares redditus locent, aut in se translationes similiarum reddituum recipiant. Quod si per interpositam Personam fecus fecerint, pondo centum minarum persolvant: si vero per se ipsos, pondo ducentum, quæ in piorum operum, & fabricæ Cathedralis Ecclesiæ, accusatorisque usus æquis partibus erogentur, si vero his penis cautiore non fiant, gravioribus juxta qualitatem delicti punientur.

§. IV.

Curatis interdicitur alia quedam negotiatio.

Nullus Beneficiatus, aut Curatus Indorum, tam Secularis, quam Regularis, ex auctionibus regijs, aut ex his, quibus a Rege commendata sunt oppida in suo districtu emat mayzum, gossipium, aut gossipinas telas, mel, & alia, quæ ejus Parochiales in tributum dant, per se, neque per interpositam Personam, aliter id omne amittant, quod inde exportaverint, aut emerint, & in usum fabricæ Ecclesiæ districtus hujusmodi, accusatoris, & sumptuum Justitiæ æquis partibus conferantur, ne si Ministri Indorum hujusmodi contractibus implicentur (ut evenit aliquando) eorum ministerium in contemptum veniat.

Men. 1. c. 50. §. 2. & Guad. tit. 5. constit. 6. & Gran. tit. ne Clerici, vel Monachi, & Limense 3. ad. 3. c. 21.

Hoc est, almondas reales, Limense 3. ad. 3. c. 5.

dat, inquirat, & examinet, si titulum legitimum habet, aut si Clericus ille est idem cum eo, qui in titulo continetur. Hoc tamen intelligitur, casu quo Clericus hujusmodi a seculari Judice captus non detineatur, tunc enim ob periculum, quod ex dilatione imminet, ejus petitio admittenda est, & juxta juris dispositionem providendum, ut in primis a seculari carcere ad Ecclesiasticum transferatur; deinde vero ulterius procedetur.

§. VI.

Clericorum hujusmodi delicta ne impunita maneant.

Quando inhibitorias litteras Judici seculari dirigere contigerit, cum debito honore Judici hujusmodi intimentur, Judices vero Ecclesiastici curent diligenter, ne Clericorum hujusmodi ad se transmissorum delicta impunita remaneant, nec a causae prosecutione desistant, usque ad sententiam diffinitivam, ad idque parte contraria desistente, aut Judice ex officio procedente, causa vices, & voces Fiscali tradantur, curentque, ut is causam usque ad conclusionem prosequatur: Si vero delictum grave fuerit, reos captos adhibitis fidejussoribus, ne liberent, donec omnino causa terminetur, & diffiniatur; ac delinquentes hujusmodi pro gravitate delicti puniantur, ne eis Clericalis status delinquendi licentia sit.

TITULUS XX.

Ne Clerici, vel Monachi negotijs Secularibus se immisceant.

§. I.

Negotiationi Clerici non vacent.

QUONIAM cupiditas, malorum omnium radix, valde hac nostra tempestate Ecclesiasticorum quorundam animos invasit, ideo ne in domo Dei, quae domus Orationis est, negotiationes exerceantur, haec Synodus statuit, ac praecipit omnibus hujus Provinciae Episcopis, & Clericis Sacro Ordine initiatis, cujuscumque dignitatis, & conditionis existant, ut non solum ab usurarijs contractibus, & jure divino damnatis abstineant sese; sed etiam ab his, qui, quamvis secularibus permittuntur, Clericis ratione sui status a Sacris Canonibus prohibentur. In cujus rei executionem haec edicuntur. Nemo negotiationes, mercaturas exerceat, aut alicujus Procurator, negotiorumve gestor sit, aut alienarum mercium Curam suscipiat, easque administret, vel earum pretium transmittat, aut alio quovis modo in hujusmodi negotiationibus se immisceat. Quod si aliqui hoc Decretum violaverint, si Episcopi sint, ipso facto Ecclesiae ingressu interdicantur, a quibus in Provinciali Synodo hujus rei ratio petetur. Ceteri vero Clerici, cujuscumque conditionis existant, praeter poenas a jure statutas, quae in suo robore, & firmitate permanent, ipso facto, poenam Excommunicationis majoris incurrant, & si semel id commiserint.

Late vide jurd in praxi Canonica Joannis Bernardi. c. 50.

Mexic. l. c. 56. & Mex. 2. c. 27. & 28. & Guad. tit. 5. conf. 6. & 7. & Milan. l. p. 2. tit. de negotijs secularibus a Clerico fugiendis, & Grana. tit. de Cler. vel Monachi, & Synod. de Quir. conf. 108. & Limen. 3. art. 3. c. 4. & 5.

Nec aliorum Procuratores efficiantur.

Sub Excommunication. ipse facto incurrat poena.

Limen. 3. c. 41 & 5.

secundum Ecclesiasticam, & ead. par. 2. titul. que pertinent ad honoris, & iuris Ecclesie conservationem, verbo omnes vero, & 5. Milan. tit. de Ecclesijs, & earum sapientissimi, & fructibus, & Gran. tit. de Immunit. Ecclesiar. & Synod. de Quir. cons. 72.

ullo modo Ecclesijs vim inferant, vel earum portas confringentes, aut parietes dejicientes, ad mortisve scalis, ad eas ascendentes. Quod si secus fecerint privatæ Personæ poenam Excommunicationis ipso jure incurrant. Communitates vero Ecclesiastico subjaceant interdicto, a quibus censuris non absolvantur, nisi post plenam satisfactionem damni Ecclesijs illati; dum vero Ecclesia obfessa tenebitur, cessatio a Divinis fiat. Quod si Episcopo videbitur, illi, qui vim Templis intulerint, pecuniarijs poenis fabricæ Ecclesiæ applicandis plectentur.

§. II.

Quid exequi debent ij, qui ad Ecclesias confugiunt.

Tx. in c. final. de Immun. Eccles.

NE vero quisquam Ecclesiastica Immunitate ad perpetranda nova delicta abutatur, mandat hæc Synodus, ut nemo ex his, qui ad Ecclesiam confugerint, extra eam egrediatur ad injuriam alicui irrogandam, aut aliud delictum comittendum, neque suspectas mulieres in Ecclesia secum habeat, aut ludos exercent, nec ad portas Ecclesiæ, aut Cœmeteriorum lyram, aut alia musica instrumenta pulsset. Cum vero minister aliquis Justitiæ per Ecclesiam, aut proximum Ecclesiæ locum transierit, hi, qui ad Ecclesias confugerunt, ab ejus conspectu se abscondant, quod si secus fecerint, ab Ecclesiarum hujusmodi locis expellantur, & in alijs ne recipiantur, nisi ex hujusmodi expulsionem periculum aliquod eis proveniat.

Mex. 1. c. 31. & Guadix titul. 4. cons. 4. in fine, & Gran. tit. de Reliquijs, & venerat. Sanctor. n. 9. & Synod. de Quir. cons. 73.

§. III.

§. III.
Si secus faciat, ac præcipitur, vinculis confringantur.

TUNC enim aliter corrigendi sunt, & vinculis intra Ecclesias coercendi; si vero ij Decretum hujusmodi violaverint, Sacrilegæ, aut qui Ecclesiarum curam gerunt Officialibus annuntient, ut, quod fuerit opportunum, provideant.

§. IV.

Ultra dies novem in Ecclesijs non demorentur.

Quoniam vero æquum non est, ut delinquentes propriam habitationem Ecclesiam sibi constituant, ea negligenter præstantes, quibus tutus sit eis extra Ecclesias egressus, mandat hæc Synodus, ne hi sine speciali Episcopi licentia, ultra novem dies in Ecclesia permittantur. Illi vero, qui ad Ecclesiam se receperunt, ne ad exilium condemnati illud adimpleant, ab Ecclesijs ejiciantur, nisi grave aliquod periculum eis imminet, aut aliud valde notabile, si ab Ecclesia expellantur.

Mex. 1. c. 31. §. 2. ad finem, & Guadix titul. 4. cons. 3. & Gran. tit. de Reliquijs, & venerat. Sanctor. n. 9. in fine, & Synod. de Quir. cons. 73.

§. V.

Quomodo procedendum si Clericus a Seculari Judice capiatur.

UT controversia inter Secularem, & Ecclesiasticam jurisdictionem (de puniendis Clericorum delictis) videntur, præcipit hæc Synodus, ut Judices Ecclesiastici, quo ad hoc Concilij Tridentini Decretum observent, ad cujus executionem, priusquam Officialis, aut Judex Ecclesiasticus in favorem alicujus Clerici ex prædictis inhibitorias litteras concedat,

Sess. 23. cap. 6.

Mex. 1. c. 85. & Guadix titul. 2. cons. 45.

-UTIT

Yyy

dat,

§. V.

Parochi intra Parochie fines prædia, etiam patrimonialia, ne colant.

QUIA vero multi Curati, & Beneficiati Indorum hanc Curam suscipiunt, magis lucri cupiditate (ut videlicet Indi sua colant prædia, aut minas effodiant) quam ut ipsi rudium Indorum animas instruant, hæc Synodus præcipit, ut nullus Curatus Indorum, sive Secularis, sive Regularis possit intra suam jurisdictionem, nec intra decem leucas in ejus ambitu, prædia (etiam si patrimonialia, aut Ecclesiæ fuerint) colere, si sint, qui ea conducere velint. Quod si conductores minime reperiantur, ea ipsis colere liceat etiam per Indos, quos tamen, ad id volentes tantum adhibeant, debitamque eis operam, & laboris mercedem persolvant, benigneque, & comiter se gerant; si secus fecerint, Episcopus Curatos Seculares beneficio privet, Regulares autem a regimine Ecclesiæ amoveat, & voce activa, & passiva perpetuo suspendat.

§. VI.

Idem Regularibus præcipitur.

EAdem etiam obligatione teneri, declarat hæc Synodus, Ministros Regulares, qui stipendium a Majestate Regia, vel ab his, quibus a Rege commenda sunt oppida, recipere nolunt, unde de suis laboribus possent Indis satisfacere. Non tamen ex hoc intelligitur, Indis Cantoribus, & alijs ad usum Divini Cultus necessarijs, Ministros debere stipendium aliud quod persolvere.

TITULUS XXI.

De observatione Jejuniorum.

§. I.

Quibus diebus tam Hispani, tum Indi jejunijs legententur.

INTER præcipuas christianæ vitæ exercitationes ea una est, qua ut Divinæ Legis mandata omni sollicitudine observemus, rebellatricis carnis motibus frænos imponimus, eandemque spiritui subjugamus. Quam ob causam Sancta Mater Ecclesia, quæ a Spiritu Sancto regitur, & gubernatur, statutos dies instituit ad jejunium, & abstinentiam, quo carnis appetitus maxime edomatur, rationique subjicitur. Igitur, ut omnes Christi Fideles hujus Archiepiscopatus, & Provinciæ dies, quibus ad jejunium tenentur, optime intelligant, hæc Synodus, tam Indis, quam Hispanis in hac Provincia degentibus, respective sequentes dies ad jejunandum proponit.

DIES, QUIBUS JEJUNARE TENENTUR OMNES HUIUS ARCHIEPISCOPATUS, ET PROVINCIÆ, UTRISQUE SEXUS FIDELES (INDIS EXCEPTIS.)

§. II.

IN primis omnes dies Quadragesimæ, exceptis Dominicis diebus.

MENSE FEBRUARIO.

Vigilia Sancti Mathiæ Apostoli, 23. anno vero bissextili 24.

*Mexic. l. 6. 377.
Mex. 2. cap. 25.
Guadix titul. 6.
const. 21. Milan.
l. p. 2. titul. de
jejunio, & Gra-
nat. de observa-
tione jejuniorum.
Synod. de Quir.
const. 99. Limen.
3. ad. 3. c. 41. &
Milan. 5. verba
omnis Sacror.*

Zzz. 2. m. q. m. p. i. n. i. u.

JUNIO.

Vigilia Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ. 23.

Vigilia Apostolorum Petri, & Pauli. 28.

JULIO.

Vigilia Sancti Jacobi Apostoli. 24.

AUGUSTO.

Vigilia Sancti Laurentij. 9.

Vigilia Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis. 14.

Vigilia Sancti Bartholomæi Apostoli. 23.

SEPTEMBRI.

Vigilia Sancti Matthæi Apostoli, & Evangelistæ. 20.

OCTOBRI.

Vigilia Sanctorum Apostolorum Simonis, & Judæ. 27.

Vigilia Sanctorum omnium. 31.

NOVEMBRI.

Vigilia Sancti Andree Apostoli. 29.

DECEMBRI.

Vigilia Sancti Thomæ Apostoli. 20.

Vigilia Nativitatis Domini nostri Jesu-Christi. 24.

Idem tenentur ex consuetudine introducta jejuna-
re in Vigilia Pentecostes.Ex præcepto quoque jejunare tenentur in diebus
quatuor Temporum, qui quidem dies duodecim
sunt.In Hieme, Feria quarta immediata post festum San-
ctæ Lucie cum Feria sexta, & Sabbato sequen-
tibus.In Vere, Feria quarta, sexta, & Sabbato post Do-
minicam primam Quadragesimæ. InIn Æstate, Feria quarta, sexta, & Sabbato post Pen-
tecosten.In Autumno, Feria quarta, sexta, & Sabbato post
festum Exaltationis Sanctissimæ Crucis.

DIES, QUIBUS INDI JEJUNARE TENENTUR

EX CONSTITUTIONE FELICIS RECORDATIONIS

PAULI PAPÆ III.

IN primis, omnes sextæ Feriæ Quadragesimæ, Vi-
gilia Nativitatis Domini nostri Jesu-Christi, Sab-
batum majoris hebdomadæ.

§. III.

Quinam jejunare debeant.

IN his omnibus diebus, tam Hispanis, quam Indis
assignatis, omnes utriusque sexus Fideles hujus
Provinciæ, vigesimo primo ætatis anno majores je-
junare tenentur sub pœna peccati mortalis, unaque
tantum comestione, eaque in meridie his diebus
uti debent, illis exceptis, qui vel ægritudine, vel se-
nectute, vel ex magno corporali labore, vel alijs ju-
stis impedimentis jejunio non obligantur; in jejunio
autem servando nemo suam sententiam sequi debet,
sed suum confessorium consulat, ejusque sententiæ
adhæreat. Exhortatur tamen hæc Synodus omnes
quinto decimo ætatis anno majores, & vigesimo
primo minores, ut paulatim jejunijs assuescant, in
aliquibusque diebus a cibis se abstineant, quo faci-
lius, cum tempus jejunandi ex præcepto occurrerit,
jejunium observent. Monet quoque, & hortatur
omnes hujus Provinciæ Fideles, laudabilem consue-

Quinam excu-
sentur?Conc. Aurelia-
nense 1. cap. 29.

refertur in cap.
Rogation. de cō.
secat. dist. 3.

Quadragesima
dierum Indulgentiam
conceditur
jejunantibus in
Ferijs Rogation.

tudinem jejunandi in Vigilijs Beatæ Mariæ Virginis, & Festi Corporis Christi, itidemque a cibis carnalibus abstinendi in diebus Rogationum (quamvis ex præcepto non teneantur) observent, conceditque hæc Synodus jejunantibus in his diebus Quadragesimæ dierum Indulgentiam pro singulo quoque die.

§. IV.

Curati Populo id annuntient.

PRæcipit quoque hæc Synodus Curatis omnibus Secularibus, & Regularibus, ut id suis subditis annuntient.

§. V.

Servetur abstinentiã a lacticijs.

DEclarat præterea hæc Synodus abstinendum esse omnino in diebus Junij Quadragesimalibus a lacte, ovis, caseo, butyro, alijsve cibis ex his conditis, nisi ad id Bulla, aut Privilegium concessum sit. Declarat etiam in omnibus Junij diebus, Ferijs sextis, & Sabbatis per annum, & in Dominicis Quadragesimæ esum carniū esse prohibitum, nisi alicui de consilio Medici corporalis, & de facultate Episcopi, aut ejus Officialis in scriptis, esus carniū licitus sit. Hæc tamen facultas, examinata causã, ad tempus limitatum, & gratis concedetur. In omnibus vero his diebus, quibus ab esu carniū abstinendum est, carnes publice ne divendantur, nisi ad usum infirmorum, facultatem prædictam obtinentium.

§. VI.

Facilitas Medicorum in hac materia coercetur.

Medicis itidem jubetur, ne prius cuiquam in diebus prohibitis edendi carnes facultatem

Diebus prohibitis
ne carnes publice
vendantur.

Medicis
facultas
coercetur.

dent, quam prospexerint rei necessitatem, quæ si sufficiens non sit, facultas hujusmodi denegetur. In concedendis vero hujusmodi facultatibus, ne faciliores se erga divites, quam erga pauperes præbeant, præsertim cum divites alijs possent uti alimentis sine detrimento salutis, quibus pauperes, & miserabiles Personæ ob inopiam uti non possunt.

LIBRI QUARTI TITULUS I.

De Sponsalibus, & Matrimonijs.

§. I.

Curent Parochi, ut Matrimonio conjungendi peccata constentur.

EX eo magna incommoda, & infelices eventus oriuntur, quod Matrimonia, nec sincero animo, nec ad Sacrorum Canonum præscriptum contrahantur. Quare Episcopi, & Ecclesiastici Judices in executione eorum, quæ de Sacro Matrimonij Sacramento jure disposita sunt, omnem operam collocare debent. Quod maxime cupiens hæc Synodus, præcipit Curatis omnibus, tam Secularibus, quam Regularibus, ut curent diligenter, ne aliqui ex sibi subditis, prius per verba de præsentis Matrimonium contrahant, quam peccata sua constentur.

Concil. Trid.
Sess. 24. c. 1. de
reform. Matrim.

Milan. 1. p. 22
tit. que ad Sac.
Matrim. perti-
nent. & Quadis
tit. 2. a consti.
57. & Granat.
tit. de Sponsal.